Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Periegesis - Cod. Karlsruhe 442

Priscianus

[S.l.], [10./11. Jh.]

Incipit

urn:nbn:de:bsz:31-46219

Visual Library

INCIPIT PERIEGESIS PRISCIANI GRAMMATICI CESARIENSIS

I. INVOCATIO

Naturae genitor quae mundú continet omnem
Annue rex caeli positú telluris & undae
In quas imperium mortalib; ipse dedisti.
Me tecum tantum e promere carmine digno.

II P̄FATIO

Incipiens terrae tractus ponti que meatus
Et fluuios canere atq; urbes populosq; per orbem
Discretos. late refluum memorare parabo
Oceanum tellus quo cingitur aequore tota.
Insulae ceu sese diffundens litore uasto.
Non tamen assiduo teres undiq; margine circum
Clauditur haec bifido sed brachia litore pandens
Arcturi rapidos cursus ad solis utrimque
Assimilis fundę sed quamuis corpore toto

III DE TRIBUS TERRE PARTIBUS

Unus sit haec homines tris dicunt ēē diremta.
Et primam libyen post europen asiamque.
Sed libiam europae discernit finib; amplis
Linea quā obliquauit gadis atq; ostia nili.
Qua boreae excurrit menphitis terra sub axes
Atq; locum nouit spartano fama canopo
Sed terras aquilo quae frigore damnat iniquo
Europen asiae tanais dis iungit ab oris
Sauromatas linquens scithiam qui gurgite uasto
Perstringit p̄cepsq; ruit meotida poscens.
At medius finis iam iam declinis ad austrum ē.
Quas elles ponti fauces dixere priores
Sed magis australis sunt terminus ostia nili
Per mare sic fluuiosq; duos discernitur orbis.
Ast alii terris malunt discernere terras
Finibus ē. asiae latus arctum lingua supernis
Caspia quā mediam faciunt atq; aequora ponti
Euxini locus hic discrimen dicitur ēē.